



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Totivs Tractatvs De S. Matrimonij
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

Sánchez, Tomás

Coloniæ Agrippinæ, 1624

I. Vagus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41559

uatio, & hominis inhibitio est occulte cōcurrēte communi errore, lib. 3. disp. 22. à nū. 55. usq; ad 59.

7 Matrimonium contractum coram parocho intruso, non habent i titulum à legitimo superiori, non valeret. Secūs, si titulum habeat inualidum ob vitium occultum, licet notum sit contrahentibus, illum non esse verum parochum. Idem si laicus existimatur sacerdos assistat matrimonio de licētia parochi intrusi. Item erit validum, si reuocet licentiam legitimam concessam stante reuocationis errore. Item si parochus eo ipso beneficium amittat, si matrimonium assistat, vel alius de eius licentia, validum est, lib. 3. disp. 22. à nū. 60. usq; ad 63.

V

Vagis.

1^o Vagi dicuntur carentes domicilio certo, habitationis, licet habeant originis. Item qui pristinum domicilium omnino descentes, nauigant, vel iter faciunt, quarentes, vbi se collocent, licet destinassent, vbi domiciliū constituturi sint, nondum peruenient ad illud. Item qui relicta parochiā, dum nō inueniunt domum, hospitatur in aliqua parochia ad breue tempus, lib. 3. d. 25. à n. 1. usq; ad 4.

2 Vagi possunt cuicunque parocho fateri, & idem dicendum de vago qui hospitatur in aliqua parochia obiter, libr. 3. disp. 25, num. 5. 6. ¶ 8.

3 Pār-

3 Parochus non potest vagorum matrimonio interesse, nisi diligent inquisitione praemissa, & obtentâ Ordinarij licentiâ, licet alter solus ex contrahentibus vagus sit. Et Ordinarius, cuius licentia petenda est, erit Episc. vel eius Vicarius generalis. Et idem dic. de prælatis habentib. iurisdictionem quasi Episcopalem, l. 3. d. 25. à n. 6. usque ad 10.

4 Quicunque parochus potest matrimonio vagorum interesse, nisi sit alicubi confessor pro vagis deputatus ex pontificio priuilegio, ut nullus alius possit, libr. 3. disp. 25. num. II. C. 12..

5 Ille qui pristinum domicilium omnino deseruit, iter agens, aut nauigas animo acquirendi domicilium, dum non acquisiuit, incipiens habitare potest contrahere matr. coram quocunq; parocco. Idem dic. de non habente parochiam, dum hospitatur ad breue tempus in aliqua. Et idem dic. licet alter tantum sit vagus, alter vero incola, & ille parochus, cui volueret se subiucere, potest dare licentiam alij sacerdoti, ut intersit eorum matrimonio, l. 3. d. 25. à n. 13. usque ad 15..

6 Parochus non praemissa debitâ diligentia, & licentia Ordinarij, peccat mortaliter, si sit praesens validum tamen est matrimonium, l. 3. disp. 25. nu. 16. C. 17..

Verba.

1 Quando verba sunt dubia, standū est in fōto conscientiæ intentioni contrahentiū. Si de illa